



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

4. De eodem, alio sensu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(1)

Ex Adami velut ingenito producit Eua,
Ex utroque carens *labe* creatur Abel.
A teneris pater unguiculis, a lacte pusillos,
Hanc mater Triadem, Signa Crucisque doce.

SYMBOLUM 3.

In principio creavit Deus Cælum & Terram &c. Spiritus Domini ferebatur super aquas. *Quibus verbis tres in Deitate personas probat S. Aug. de Trinitate & Unitate Dei. Mihi tom. 4. fol. 228.*

Condidit immensæ summus primordia molis,
(a) Conceptu æterno cuncta creante, Pater.
Sidera cum cælis, terre digesta creavit
Corpora, Principium, Principioque carens.
(b) Qui circumfusis impendet & incubat undis,
(c) Fœcundat Sacras Spiritus unus aquas.

(a) Ioan 1. & psal. 32. & alibi. (b) S. Hier. Basil. & panè omnes SS. PP. de Spir. Sancto intelligunt. (c) Allegoria ad baptismum ex Hier. epist. 83 ad Oceanum.

SYMBOLUM 4.

Alio sensu

In principio creavit Deus &c. *in hebræo pro Deus habetur Elohim in plurali, quasi Dij vel Judices: unde Elohim pluralitatem indicat Scil. personarum; Creavit in numero singulari unitatem essentiæ. Ita Lyranus, Magister, & Scholastici multi, lib 2. sent. dist. 1.* Cunc-

Cuncta creans Elohim, (ceu textus dicitur hebræus)
Principio mundi; Symbolon est Triadis.
Dum plures Elohim personas signat, & unam
Actio naturam, quâ bona cuncta fluunt.

(a) Principium rerum Deus est, ac terminus idem,
Illius studeat quilibet esse memor.

(a) *Isaia. 41. & Apocal. 1. A te principium tibi desinet, dicit Virg.*

SYMBOLUM 5.

Faciamus hominem ad imaginem nostram, *ubi ly fa-*
ciamus & nostram, personalem pluralitatem designant, ly
imaginem, unam naturam. S. Aug. lib. de fide ad Petrum,
aliàs tom. 3. fol. 48. item tom. 5. fol. 125. & scholastici apud
Magist. loc. cit.

Tres subsistentes, qui majestate sit unum
Numen adorandum, vox faciamus, habet.
Plurali numero si nectas particularem,
Unus cum Trino proditur esse Deus.
O Decas eximium! decoratur imagine summi.
Mens humana Dei, quam violare nefas.

SYMBOLUM 6.

Tres camerae in arca Noë. Gen. 6. Habetur apud S. Aug. pro Sym-
bolo serm. 69. de temp. aliàs tom. 10. fol. 161. ubi ait: Triplex
enim arca est Ecclesia, quæ Trinitatis continet Sacra-
mentum.

Ar-